Universitätsbibliothek Paderborn

Symbola Trinitatis, Id Est Trinitatis diversarum rerum, ex Veteris ac Novi Testamenti Scripturis, Historijs & exemplis; nec non congruentioribus rerum naturalium similitudinibus conscripta ...

Duplan, Theodore

Ruraemundae, 1663

56. Verbo Domini Cœli firmati sunt & Spiritu oris & c.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12221

Visual Library

Si caput in ſontis lentum vibraverit enſem,
Quis contra robur tale gigantis eat?
Vindictæ patiens, ſitientes comprimit ignes,
Semper & invito percutit enſe reos.

(a) *Iuſtitia eſt virtus dans cuiquè ſuum. D. Thom. 22. q. 58. art. 1.*

SYMBOLUM 56.

Verbo Domini cæli firmati ſunt: & ſpiritu oris ejus omnis Virtus eorum. pſal. 32.

[a] QUod verbum; niſi ſupremi venerabile Patris?
Os, inclareſcit quo Genitoris honos.
[b] Cœlorum quo firma coit ſolidataque moles,
[c] Quos ſolido fuſos nuncupat ære Jobus.
Spiritus eſt Domini, ſimul ejus ſpiritus oris,
A quo [d] cœlorum profluit iſte decor.

[a] quis ergo facit per Verbum & Spiritum? niſi cujus verbum eſt, & cujus ſpiritus eſt? Trintas ergo hæc unus Deus. S. Aug. [b] ſcriptum eſt Verbo Domini cœli firmati ſunt. Verbum enim Domini filius eſt Patris. Sed eoſdem cœlos, videlicet SS. Apoſtolos, ut tota ſimul Trinitas oſtendatur operata, cujus Virtus firmaverit; repentè de ſpiritus S. dignitate adjungitur: & ſpiritu oris ejus omnis Virtus eorum, S. Greg. homil 30. in Evang. [c] Iob 37. [d] quot ſunt bona prædicantium, tot ſunt ornamenta cœlorum. S. Greg. loc. cit.

SYMBOLUM 57.

Benedicat nos Deus, Deus noſter, benedicat nos Deus Pſal. 66

IEſſiadis monitu benedictio prima petenda
A Patre; nos benedic ter benedicte Pater.